



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. I. Distinctio numerica peccatorum desumitur ex morali actuum disjunctione, quam in actibus merè internis causat interruptio, saltem per contrariam voluntatem; quidni etiam per voluntariam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

her (nisi sit in materia servili, v. g. si quis in die festo scindat ligna aliena, ut illa furetur) communior hodie est sententia, & conformior communi sensui fidelium, qui non apprehendunt duplicem malitiam mortalem in furto, in ebrietate, in fornicatione & similibus peccatis; tamen ea committant in die Dominica vel festiva; neque graviter scandalizantur, etsi fiant talia peccata passim

frequentari ab aliis in diebus Dominicis vel festivis.

Et haec tenentur de Distinctione specifica Peccatorum, paucis ex pluribus casibus (ne longiores simus, quam oportet, in hac materia, alibi diffusius pertractari solita) propo- sitis & resolutis. Sequitur Distinctio numerica, de qua insinuat

SECTIO XI.

De Distinctione numerica Peccatorum.

CONCLUSIO I.

Distinctio numerica peccatorum desumitur ex morali actuum disjunctione, quam in actibus merè internis causat interruptio, saltem per contrariam voluntatem; quidni etiam per voluntariam cessationem à priori actu?

Præcipua controversia hujus loci est, quandonam censetur esse morali actuum dis- junctio; sive, quandonam censetur esse plures actus moraliter distincti, quos ut tales oporteat explicare in Confessione. Et qui- dem quod attinet ad actus merè internos, seu ad peccata, quæ in voluntate consummantur absque ordine ad aliquem actum externum, existimant Nonnulli sufficere quæcumque minimam interruptionem, sive hæc interrup- tio fiat per contrariam voluntatem (de quo constat apud Omnes) sive per solam cessatio- nem à priori voluntate, seu voluntaria fuerit, seu ex distractione naturali vel somno. Ita Suarez de Pœnit. disp. 22. sect. 5. n. 17. Vasquez 1. 2. disp. 73. c. 2. n. 9.

Ad numeri- cam distiq- tionem a- ctuum merè internorum sufficit ce- cundum Sua- rez & Valq- qualibet minima in- terruptio.

Probatuf.

Ratio est: quia peccatum illud non potest esse unum nisi continuatione aliqua; sed tunc nihil est; in quo illi duo actus continentur ad constituendum unum peccatum: ergo sunt plura. Minor patet: quia ibi non est aliquis actus internus; in quo continentur; quia aliqua intercedit cessatio, ut supponimus; neque etiam continentur in aliquo actu exte- rno; quia agimus de peccatis, quæ inté- rius consummantur & non prodeunt in actum exteriorum.

L IIII 2 Nihil

Um privationes (inquit Doctor Sub- tilis 2. dist. 37. q. 1. n. 9.) distin- guantur specie ex distinctione habituum specifica, & numero ex distinctione ha- bituum numerali; peccata, quæ sunt privationes quadam, scilicet rectitudinum, quæ de- bent inesse actibus, distinguuntur formaliter ex distinctione talium rectitudinum: ut quando debent haberi diverse rectitudines specie, sunt carentia di- versa specie; & quando debent haberi diverse rectitudines numero, sunt carentia di- verse numero. Et ita non per conversiones ad obiecta, quæ non sunt mala nisi materialiter, dis- tinguantur ipsa peccata specie vel numero; sed for- malis ratio in eis distinguitur in comparatione ad rectitudinem aliam & aliam specie, vel aliam & aliam numero.

Eodem modo loquitur Quodl. 18. n. 17. ibi: Malitia eo modo differant, quo bonitates quæ debent inesse. Si specie, specie: si numero, numero. Privationes enim distinguuntur, sicut habitus nati essent distingui; puta surditas & cæcitas suo modo differunt specie privativè, sicut auditus & visus specie positivè; hæc cæcitas & illa numero privativè, sicut hic visus & ille differunt numero positivè. In quibus locis assignat Scotus discrimen essen- tiale, & à priori.

Queris à me signum aliquod, ex quo col- ligere possis, quæ sint peccata numero distin- cta in ordine ad Confessionem, id est, quæ ut numero distincta debeant explicari in Confes- sione? Respondeo citius, eritque

Conclusionem & alia veniali, quam addidit molos DD. & unquam contra- here



Nihil ergo superest, in quo illa peccata continentur & fiat unum: sunt ergo plura in re ipsa, ergo etiam ut plura confitenda sunt; quia sicut est declaranda in Confessione specifica multitudo, ita & numerica: sed omnis distinctio specifica sive magna, sive parva fit, per se loquendo aperienda est, quamvis possit ignorantia vel impotentia excusare; idem ergo est in numerica distinctione.

**3.
Obiectio.**

Dices: Possent saltem illi duo actus continuari in eodem affectu imperante, v. g. si quis unico actu imperaret tres morosas delectationes.

**Responso
Vasquez.**

Respondet Vasquez supra: Actus imperans reflexus & imperatus non constituunt eundem actum in genere etiam moris; ac proinde hoc pacto non potest fieri continuatio. Atque ut actus imperans & imperatus esset unum peccatum in genere moris, dicere tamen non possemus, actum reflexum imperantem tres delectationes morosas, & ipsas delectationes morosas imperatas esse unum peccatum: nam quoties voluntas fertur (inquit Vasquez) in duo peccata distincta, ut quando eodem affectu desideramus duo homicidia, moraliter censetur duplex peccatum numero diversum; est enim in eodem actu duplex respectus ad duo peccata distincta; ac proinde duplex malitia numero diversa. Hæc ille.

**4.
Responso
Auctoris.**

Respondeo ego; magnam esse disparitatem inter hunc casum, & quando plures voluntates continentur in eodem opere exteriori; quippe actus imperans habet se per modum actus interioris, actus vero imperatus per modum actus exterioris: jam autem non semper quando est eadem voluntas interna, peccata externa ex ea procedentia, si nullam aliam habeant inter se connexionem, constituunt unum peccatum; alioquin qui haberet unam voluntatem tertio fornicandi, & postmodum tertio fornicaretur, satisfaceret dicendo in Confessione: *Tui fornicatus*; quod liquidò constat esse falsum.

**Quando
fiat conti-
nuatio mo-
ralis ex Va-
quez.**

Continuatio igitur moralis (prosequitur Vasquez sup. n. 10.) solum fit aut quando perseverat eadem operatio exterior, & repetitur voluntas, ex qua ortum habuit; aut quando ex eadem voluntate finis varia applicatur media, quæ non habent aliam malitiam nisi malitiam finis, ut quando ad homicidium paratur ensis, equus & alia necessaria; tunc enim hæc varia opera non solum habent eandem malitiam finis, & non aliam, sed etiam unum tantum peccatum censentur cum voluntate ipsa finis. Aut certè tunc continuatur peccatum, quando manet idem opus, perfectum ex voluntate finis, & cessat expressa voluntas talis finis, iterùm tamen eadem repetitur & renovatur. Ita Vasquez.

Equidem quantum ad distinctionem physicam, nullus est qui neget, actus internos quocumque minimo tempore interruptos, esse physicè numero distinctos; per consequens debent habere distinctas bonitates & malitias, distinctum meritum & demeritum, si autem nova libertas: negant tamen aliqui, quocumque minimam interruptionem esse moralem; ac proinde asserunt eam non sufficere ad numericam distinctionem, in Confessione necessariò explicandam; quia videlicet humano modo non potest cognosci aut explicari, nec variat morale iudicium Confessionis. Unde potius est moralis continuatio, quia interruptio non est moraliter voluntaria; & reditus ad similem actum quasi naturaliter fit sine nova deliberatione. Exemplum sit in eo, qui per horam manet in delectatione morosa circa idem obiectum; nunquam enim ita fit continuè, quin interim cogitatio ad alia rapiatur, licèt statim redeat.

Dico; *Circa idem obiectum*; nam si sit circa diversum obiectum, quamvis nulla fore interruptio, essent actus numero distincti, saltem moraliter, immò & physicè: nihil enim repugnat unum actum numero distinctum immediatè succedere alteri; neque per solam interruptionem numero distinguuntur peccata, sed etiam per obiecta, quamvis hæc distinctio possit dici per interruptionem moralem.

Sed hæc doctrina difficilis apparet Sacerdoti supra nu. 14. Quia (inquit) nec sufficienter explicari posse videtur, nec fundari: est enim quoad hoc magnum discrimen inter distinctionem specificam & numericam; tunc enim dicuntur peccata differre specie physicè & non moraliter, quando, licèt habeant motus aut entitates specie diversas, non tamen habent malitias morales essentialiter distinctas. In presenti autem illi actus voluntatis, qui dicuntur physicè distingui numero propter brevem temporis interruptionem, verè habent malitias morales distinctas numero, quia distinguuntur in subiectis, quibus insunt; insunt autem in actibus numero distinctis: ergo distinguuntur illa peccata numero non tantum physicè, sed etiam moraliter. Probatur Consequentia: quia distingui moraliter, non est distingui brevi vel longo tempore, sed est distingui in ipso esse moraliter, seu in malitia & bonitate moraliter, sicut distinctio specifica ut moralis fit, requirit ut sit in ipsa malitia moraliter, sive sit magna, sive parva, brevis aut diuturna.

Si respondeas; distinctionem moralem in presenti sumi in ordine ad Confessionem, sive in ordine ad æstimationem hominum; ita ut illa peccata, licèt in se sint distincta moraliter, id est, quoad condiciones morales, putà libertatem, meritum & demeritum &c.

in ordine ad Confessionem moraliter potest etiam percipi sentur peccata.

**Responso
Auctoris.**

Contrà (inquit) potest Confessio distincta ea peccata: non potest do circa ea peccata numero in ordine hic intolerabili.

Confirmatur Confessio non in quærendi numeratione, quam declarandam; cognoscatur videtur est ipsa lege, sed ignorantiam, sum obligat.

Confirmatur rationem omnium torum distinguunt ad Confessionem ex vi legis in universum, sive parva, sive parva ille.

**8.
Responso
Auctoris.**

Respondeo cificæ distincti quibus ignoret consideretur à distinctio (de quædam intrinsicæ bus est ignota bilis; & idem in ipsa lege, quod sua diffinitivam fragilitate.

Unde in hâc aliquis circulus explicatur morali quæ non est quæ talis est num æstimatione dit sub notitia ceptum Confessionem modum distincti est non esset peccata non a id est, secundum minimum, qui se incognita divinam aliquam interruptionem quod non confessione, si frequenter loquitur.

In ordine ad Confessionem non dicantur distingui moraliter, quia eorum distinctio nec moraliter potest ab homine explicari, neque etiam percipi; unde ab hominibus non censentur peccata distincta.

Contra (inquit Suarius nu. 15.) præceptum Confessionis obligat ad confitenda ut distincta ea peccata, quæ numero distinguuntur: non potest autem dici obligare hoc modo circa ea peccata, quæ distinguuntur numero in ordine ad Confessionem, esset enim hic intolerabilis circulus & petitio principii.

Confirmatur primò: quia præceptum Confessionis non induxit novum modum distinguendi numero peccata, sed suppositâ distinctiõne, quam in se habent, obligat ad illam declarandam; quòd autem hæc ab homine cognoscatur vel interdum ignoretur, accidentarium est, & ideo non consideratur in ipsa lege, sed excusari poterit aliquis propter ignorantiam, ipsa tamen lex per se in universum obligat.

Confirmatur secundò: nam ob similem rationem omnia peccata, quæ in esse peccatorum distinguuntur specie, in ordine etiam ad Confessionem distinguuntur, eaque distinctio ex vi legis est in Confessione declaranda in universum, sive illa distinctio sit magna, sive parva, vel cognitu difficilis. Hæc ille.

Respondeo disparitatem esse; quòd specifica distinctio solum ex accidenti, & ab aliquibus ignoretur, & ideo illa ignorantia non consideratur à lege: at verò numerica distinctio (de qua agimus) per se & ex quadam intrinseca impotentia omnibus hominibus est ignota & moraliter explicatu impossibilis; & ideo hæc ignorantia consideratur in ipsa lege, quæ non videtur obligare ad illud, quod suâ difficultate communiter superat humanam fragilitatem.

Unde in hac sententia non committitur aliquis circulus, nec petitur principium, sed explicatur materia præcepti Confessionis, quæ non est quælibet distinctio numerica, sed quæ talis est secundum communem hominum æstimationem, sive talis, quæ per se cadit sub notitiam hominum. Ac proinde præceptum Confessionis non induxit novum modum distinguendi numero peccata, quia est non esset tale præceptum; adhuc illa peccata non a inguerentur numero moraliter, id est, secundum moralem æstimationem hominum, qui non judicant de illis, quæ per se incognita sunt. Hinc si per revelationem divinam aliquis cognosceret illam minimam interruptionem actuum interiorum, existimo quòd non teneretur illam declarare in Confessione, si vera sit hæc sententia, & consequenter loqui velimus.

Quæ autem sit illa minima interruptio, & quæ major sufficiens ad inducendum peccatum numero distinctum in ordine ad Confessionem, quis nobis edisseret? Aliqui dicunt; explicandam esse continuationem in consensu turpi per integrum diem aut hebdomadam; Alii continuationem per totum mensem: Nonnulli negant, explicandam esse continuationem per horam; Alii nec si dimidio die continuetur; Aliqui ponunt, continuationem per decem horas esse explicandam. Sed quorsum hæc? Non enim quæritur, an sit explicanda major vel minor duratio (hæc enim est circumstantia aggravans intrâ eandem speciem, quæ an sit explicanda, constat ex ante dictis) sed quæritur, quæ distantia unius actus physici ab altero sufficiat, ut censeantur moraliter actus numero distincti, necessariò ut tales in Confessione explicandi.

Verum est, majorem vel minorem durationem seu continuationem posse deservire, ut inde sumatur aliqua conjectura pro frequentiori aut minus frequenti interruptione, sed quòd illæ interruptiones frequentiores vel minus frequentes, fuerint sufficientes aut non sufficientes, ad hoc ut morali æstimatione illi actus censeantur peccata numero distincta in ordine ad Confessionem, non satis probatur ex majore vel minori duratione actus: nam fieri potest, ut integro die nulla fuerit interruptio notabilis; & è contra, unâ horâ fuerint plures interruptiones notabiles.

Mihi in hac re videtur (inquit Dicastillo disput. 9. nu. 107.) non posse certam regulam generalem assignari, sed id iudicio prudentum virorum discernendum esse. Consentit Lugo disput. 16. n. 569. dicens: Ego existimo regulam moralem delendam esse arbitrio prudentis ex proportione ad peccata externa. Nam sicut in peccato externo contumeliæ & injuriæ perleverat unitas peccati, quando in eodem congressu successivè multiplicatur contumeliæ & injuriæ, etiam occasione acceptâ ex responsione illius, cui injuriam infers: multiplicatur autem numero ea peccata, quando postquam ille decessit, postea denuo tibi occurrit, & iterum ei contumelias infers aut injurias, quia illa prior actio jam censebatur moraliter finita & completa; ita cum proportione videtur in peccatis internis dicendum: quando enim objectum perseverat nobis præsens moraliter, quia non habuimus animum discedendi ab ea cogitatione, sed casu & naturali aliquâ distractione interrumpitur, censeatur adhuc moraliter idem congressus (ut ita dicam) cum objecto, quod numquam discessit; sed habet se sicut ille, quem contumeliâ afficis, qui non discedit, licet parùm avertat faciem ad loquendum aliquid breve cum alio ibi præ-

L IIII 3 sente.

9. Quæ sit interruptio sufficiens ad multiplicandum numerum in ordine ad Confessionem.

10. Sententia Dicast. & Lug. non posse certam regulam assignari.

8. Responso Andrie.

8. Responso Andrie.

entia. d distinctionem phy- get, actus interiori- pore interruptos, esse os; per consequens de- os; & malitias, de- demeritum, si autem- Aliter, quim- upationem esse mora- ut eam non sufficere- onem, in Confessio- n; quia naturaliter sit- cognosci aut expli- iudicium Confessio- is continuo, quia- aliter voluntaria; & in quasi naturaliter sit- Exemplum sit in cog- delectatione moro- numquam enim id- terior cogitatio ad- redat. tum; nam si sit circa- nis nulla foret in- numero distincti, & physice: nihil est- um numero distin- dere alteri; neque- em numero distin- a per objecta, quan- dici per interruptio- cilis apparet Suario- it) nec sufficere- e fundari: est enim- rimem inter distin- ericam; tunc enim- e specie physice &- scât habeant motu- las, non tamen in- entia licet distinctio- bus voluntatis, qui- qui numero propter- orationem, verè ha- incinctas numero, quia- is, quibus insunt; numero distinctis: peccata numero non- moraliter. Pro- ia distingui mora- evi vel longo tem- in ipso esse morali- e morali, sicut di- is sit, requirit ut- sive sit magna, sive- onem moralem in- ad Confessionem, nem hominum; ita- se sit distincta mo- nditiones morales, & demeritum &c. in or-

fente. Quando verò discessimus jam voluntariè ab ea cogitatione, licet non per revocationem voluntatis præteritæ, jam cenletur congressus ille cum objecto finitus & completus, datâ nimirum objecto licentiâ discedendi & abeundi. Quòd si postea redeat, cenfebatur novus congressus; & aliâ jam occasione peccari, non primâ, quæ jam cessasse videbatur. Hucusque Eminent.

11. *Pœnitende est quanto tempore duraverit actus:*

Itaque perinde est ad hanc interruptionem sive actus voluntatis duraverit per horam, sive semihoram, aut duas horas, dummodò constet de illa voluntaria cessatione ab actu, quæ sæpius contingere potest spatio unius horæ aut mediæ horæ. Si ergo pœnitens cognoscit certum numerum moralium interruptionum, illum explicabit in Confessione, nec sollicitus erit de explicanda duratione, nisi fortè existimet, circumstantias notabiliter aggravantes intrâ eandem speciem esse declarandas, & illam durationem pro tali circumstantia agnoscat.

12. *Lugo putat eandem voluntatem internam non perseverare communiter ultra duas vel tres horas.*

Addit Lugo supra nu. 570. non posse eandem mensuram aut regulam tradi pro omnibus actibus malis: aliqui enim faciliùs interrumpuntur & brevius durant, v. g. blasphemia interior, & alii actus similes, qui non tendunt ad objectum externum. Alii verò longius durare solent, ut desiderium turpe, odium proximi & similes. Et in iis longius durant, qui ex majori & vehementiori passione aut concupiscentia procedunt. Regulariter ultra duas vel tres horas non videtur perseverare moraliter eadem voluntas merè interna; quia difficile est, quòd homo velit longius perseverare in eadem cogitatione aut amore, & non attendere ad alia. Ideo quando duratio est longior, solet explicari, quia regulariter habebit interruptiones aliquas morales. Hec ille.

Dicaftillo.

Dicaftillo supra nu. 109. relatâ hâc doctrinâ Lugonis, subjungit: Verùm absolute neque in hoc potest aliqua certa regula assignari, ut videre est in ira, quæ vehementissima passio esse solet; tamen aliqui sunt ejus ingenii homines, aut ita à natura quasi comparati, ut quâ ratione vehementer, facillè & subito irascuntur, ita facillè mutant animum, nec diu persistent in eo affectu.

13. *Aliquando potest accidere, ut qui ex majori passione irascitur, faciliùs mutet animum.*

Respondeo: Cardinalem non assignare illam regulam absolute, quasi contrarium nunquam accidat; sed loquitur de communiter accidentibus, quia communiter homines, qui ex majori & vehementiori passione irascuntur, faciliùs mutant animum, & diutius persistent in eo affectu: sin autem contrarium nonnumquam eveniat, pœnitentis erit naturam suam considerare, & secundùm illam interruptiones declarare, sive confusè explicando durationem, sive distinctè, si singularum meminert.

Quapropter si pœnitens vel ex se, vel interrogatus, explicat numerum peccatorum, v. g. dicit se decies desiderasse turpiter aliquam feminam; non oportet petere, an illis vicibus diu persistit in tali desiderio; quia creditibile est, quòd ipse accuset se de vicibus moraliter distinctis, nisi ex circumstantiis aliud appareat: nam aliqui ita crasse distinguunt (inquit Dicaftillo nu. 110.) ut interrogati de vicibus, respondeant v. g. decies, intelligendo diversas fœminas, cum tamen illarum aliquam plus quam decies concupierint.

Ex his patet veritas Conclusionis. Tantùm queri possit, an sit necessaria contraria voluntas, aut saltem voluntaria cessatio priori actu? Respondeo; etiam sufficere cessationem per somnum aut naturalem distractionem, si tamen per longam moram duravit, & postea homo cum sufficienti deliberatione ad peccandum, similem actum inchoet: est enim tali casu cessatio à priori actu non fuerit speciali modo voluntaria, equidem in re ipsa fuit, etiam secundùm communem æstimationem hominum; quod sufficit, ut prius peccatum omninò fuerit finitum, & ut aliud novâ voluntate & deliberatione committatur, cum illa duo peccata in nulla re uniantur aut physice, aut moraliter.

Cæteroquin dicamus, eum, qui in pravo consensu vel delectatione morosa somno correptus est, & post unam horam evigilans, ad similem actum reverteatur, nihil cogitans de priori actu, non teneri aliud in Confessione explicare, nisi quòd talem consensum, vel delectationem morosam habuerit, quod est valde absurdum, & contra usum omnium moralium.

Sed quid, si cogitet de priori actu, & idem cum renovet? Existimat Lugo disput. 16. nu. 565. si aliquis hodie cogitans de fœmina aliena, decernat illam procurare; & cras iterum de illa cogitans, & memor decreti hodierni, decernat iterum eam procurare; existimat (inquam) tali casu posteriorem voluntatem habere dependentiam à prima; quia absque nova deliberatione aut consultatione, ex vi primæ voluntatis ponitur ista secunda, sicut ex vi intentionis ponitur electio mediæ ad finem. Et consequenter docet, nisi influxus ille interrumpatur per voluntatem contrariam, continuari moraliter idem peccatum.

Probat à posteriori: quia si prima voluntas pervenisset ad affectionem sui objecti, v. g. copulam cum fœmina aliena; totum illud à principio usque ad finem computaretur pro uno peccato, & satisfieret confitendo illud tamquam unum peccatum consummatum, non explicando quoties habuerit decretum pro-

16. Ratio à priori.

14. Ratio à posteriori.

17. Obstat ratio à posteriori.

18. Quod si sit ratio à posteriori.

19. Ratio à posteriori.

Seç. 1.
 procurandi il
 consummatio
 bebant jam c
 ad constituen
 ante consum
 non possent p
 tum operis co
 Hinc sumi
 voluntates in
 nem, quater
 ponendum, q
 ad idem. Na
 dendi Petrum
 voluntatem p
 perpetrandum
 bendam nov
 trum, sine qu
 iter. Ergo sic
 facit unum pe
 occidendi, pro
 dentiam unius
 homicidii, fa
 tate hesterna
 unius ab alia
 est major, qu
 tum; siquidem
 tatem fuisse d
 efficaciam int
 voluntates, q
 dentia, faciunt
 usque Eminent
 Sed non est
 loquitur de ac
 catis, quæ in
 que ordine ad
 terim doctrin
 quòd prior vo
 suo effectu e
 volitio: quom
 est, neque ac
 test connecti cu
 te? Putas, e
 vi intentionis
 lo modo exil
 ipso sine, ite
 intentione fini
 Pari igitur
 da illa volunta
 amplius non ex
 ctu, ut suppon
 ruptio) sed ab
 sum repræsenta
 objecto prim
 Enimverò ner
 lam cum fœm
 sed quia iterat
 volo hodie oc
 lui; sed quia h
 jectum, cum e
 ponebatur. Qu
 ris voluntatis

procurandi illam feminam: ergo etiam ante consummationem operis illa voluntates habebat jam connexionem inter se sufficientem ad constituendum unum peccatum; nam si ante consummationem operis fuissent duo, non possent postea reduci ad unum per adventum operis consummati.

Hinc sumitur ratio à priori: quia illa duae voluntates in casu posito habent inter se ordinem, quatenus utraque tendit ad idem opus ponendum, & una dependet ab alia in ordine ad idem. Nam sicut voluntas hesternæ occidendi Petrum excitat hoc manè post somnium voluntatem prosequendi iter ad homicidium perpetrandum; ita excitat hoc manè ad habendam novam voluntatem occidendi Petrum, sine qua voluntate non prosequeris iter. Ergo sicut voluntas prosequendi iter, facit unum peccatum cum voluntate hesternæ occidendi, propter concatenationem & dependentiam unius ab alia; sic voluntas hodierna homicidii, facit unum peccatum cum voluntate hesternæ, propter illam dependentiam unius ab alia. Hæc autem dependentia non est major, quando opus non fuit consummatum; siquidem supponimus primam voluntatem fuisse de se efficacem, & propter suam efficaciam intulisse postea secundam: ergo illæ voluntates, quoties intervenit talis dependentia, faciunt unum & idem peccatum. Hæc utique Eminent.

Sed non est casus hujus Conclusionis, quæ loquitur de actibus merè internis, seu de peccatis, quæ in voluntate consummantur, absque ordine ad aliquem actum externum. Interim doctrina isthæc difficilis est, supposito, quod prior volitio nec in se; nec in aliquo suo effectu existat, quando elicitur secundæ volitio: quomodo enim, quod nullo modo est, neque actualiter, neque virtualiter, potest connecti cum alio jam presente & existente? Putas, electionem mediæ provenire ex vi intentionis finis, quando jam intentio nullo modo existit? Etras. A quo ergo? Ab ipso fine, iterum representato; vel à nova intentione finis.

Pari igitur ratione in casu proposito secunda illa voluntas non provenit à prima, si hæc amplius non existat nec in se, nec in suo effectu, ut supponitur (alioquin non esset interruptio) sed ab objecto prioris voluntatis rursus representato, sicut prima voluntas ab illo objecto primò representato proveniebat. Enimverò nemo vult iteratò procurare copulam cum femina aliena; quia prius voluit; sed quia iteratò placet illa copula. Sicuri non volo hodie occidere Petrum, quia heri volui; sed quia hodie proponitur mihi idem objectum, cum eodem motivo, quod heri proponebatur. Quæ igitur dependentia posterioris voluntatis à priori voluntate? Nam effi-

prior voluntas non fuisset, adhuc foret posterior voluntas.

Hinc ad primam probationem Lugonis, Respondeo: tantam posse esse interruptionem inter illas voluntates, ut tamen perveniretur ad copulam cum femina aliena, neutiquam computarentur pro uno peccato, nec satisficeret confitendo illud tamquam unum peccatum consummatum. Quid enim si hoc anno velim procurare illam copulam, rursumque anno sequenti, & sic per decem aut viginti annos subsequentes; numquid si anno vigesimo perveniat ad copulam, satisfacio dicendo: *Fornicatus sum semel*, nihil dicendo de illis præcedentibus desideris, aut de tempore, quo duravit illa mala voluntas? Non est credibile.

Si (inquit Lugo ibidem n. 545.) ex intentione Petrum occidendi, eum quæras, & scias fuisse aliò profectum, & reversurum post mensem, & tu decernas tum occidere, cum redierit: tunc certè, licet non renoves intentionem, adhuc occisio post mensem, non faciet unum peccatum cum voluntate præterita. Hæc ille.

Et faciet (interrogo ego) voluntas hujus anni, unum peccatum cum voluntate anni præcedentis, ex eo præcisè, quia hoc anno recordor voluntatis præteritæ, & eam approbo? Aut faciet voluntas hujus anni, unum peccatum cum copula, ad quam pervenitur post decem annos, quia anno decimo recordor illius voluntatis, & eam approbo? Quod ergo voluntas præcedens, aliquando faciat unum peccatum cum voluntate subsequente; & cum ipsa copula, non provenit ex dependentia unius actus voluntatis ab alio; qui præcessit & planè cessavit; sed fit propter parvam distantiam eorum actuum inter se, & cum illa copula, ad quam pervenitur; adhuc existente aliquo ex illis actibus.

Quæ cum ita sint; planè mihi persuadeo, neque in hoc casu Lugonis veram esse sententiam Cani in Relect. de Pœnitentia part. 5. ubi (teste Diana statim citando) docet; dupliciter interrupti posse aliquam voluntatem: primò contrariâ voluntate; & tunc necesse est confiteri, quoties pravam voluntatem quis renovavit: si verò interruptio fiat naturali oblivione aut inconsideratione, non oportebit numerum exprimere: sed dicere: *Totò mense v. g. amavi Mariam*; etiam si possit numerus exprimi.

Hanc sententiam (teste Diana part. 3. tract. 4. resol. 95.) sequitur Joannes de la Cruz in Direct. Confe. part. 2. de Sacramento Pœnitentiæ qu. 3. dub. 6. Petrus Fay disput. de Sacramento Pœnit. in Addit. ad 3. partem D. Thomæ q. 9. a. 2. disp. 5. ad 4. Pitigianus in 4. Sententiarum tom. 2. dist. 17. q. unicâ, a. 5. Circum. *Quantum*, & Homobonus de Exam. Eccles. p. 1. tract. 5. c. 13. q. 83.

Accedat

18. Responder ad 1. probationem,

Lugo.

19. Sententiâ Cani de hæc re.

quam Alfi plures docent apud Dianam,

16. Ratio à priori.

14. Conclusio. Tan-

17. Obicit ante hanc sententiam esse difficultem.

15. Lugo disput. 16. quod sit de feminâ cogitans de ad in Confessione non consentum, vel bnerit, quod est usum omnium in-

18. Lugo disput. 16. quod sit de feminâ cogitans de ad in Confessione non consentum, vel bnerit, quod est usum omnium in-

19. Lugo disput. 16. quod sit de feminâ cogitans de ad in Confessione non consentum, vel bnerit, quod est usum omnium in-

20.
Felix eam
limitat,

& probat
ratione,

21.
confirmat
que instan-
tia Matrimo-
nii involu-
ti defectu
consensus
alterius
conjugis.

22.
Judicium
Auctoris,

qui non vi-
det suffi-
ciens funda-
mentum

Acedat Felix tract. de Bonit. & Malit. cap. 7. difficul. 4. n. 4. cum hac tamen limitatione (quam non invenio apud Dianam) dummodo homo ita sit dispositus, ut interrogatus de objecto talis intentionis, respondeat se habere tale propositum. Hoc mihi suadet (inquit hic Auctor) quia ita redditur Confessio hominibus facilior & amabilis, & jugum Dei suave.

Et ratione proba (prosequitur nu. 5.) nam in exemplo adducto de iter agente, ut inimicum occidat, etiam si repetat actus voluntatis sepius in itinere, reputatur unum peccatum secundum estimationem moralem; quia eo ipso quod iter agit, judicatur continuare eandem voluntatem: sed eodem modo debet judicari, etiam si ad alia negotia per multum temperis divertatur, dummodo interrogatus dicat se in eadem voluntate permanere; ergo quamvis repetat actum voluntatis, erit unum tantum peccatum.

Et confirmatur instantia Matrimonii involuti defectu consensus alterius conjugis: nam ad valorem talis Matrimonii sufficit, ut qui non habuit consensum, eliciat nunc suum consensum, qui conjungitur cum alterius consensu; quia eo ipso quod non est retractatus, censetur moraliter permanere in dispositione voluntatis: ergo similiter in nostro casu censetur moraliter permanere eadem voluntas; & ita etiam si iteretur, erit tantum unum peccatum. Hactenus Felix.

Et nu. 7. idem asserit de pluribus affectibus internis peccaminosis, qui interius consummatur: Si (inquit) contraria voluntate non interrumpantur, efficiunt unum tantum peccatum secundum prudentem estimationem; quia est una voluntas moraliter permanens. Qui vero uno actu vult habere tres morosas delectationes venereas, vel occidere tres homines, tria committit peccata: nam ille actus voluntatis sumit malitiam ex objecto, & illa objecta sunt omnino distincta, & unum ad alterum non ordinatur. Hæc ille.

Respondeo ad ultimum: quandoquidem moralis estimatio pendeat, seu potius sit communis sensus fidelium & Doctorum, & hi communiter sentiant oppositum de pluribus affectibus internis peccaminosis, qui interius consummatur; liquet sanè, illos actus, etiam secundum prudentem estimationem, non efficere unum tantum peccatum, sed esse plura peccata numero distincta, in tantum ut sententia Cæsi appareat Suario supra n. 9. incredibilis, & Vasquez de Pœnit. q. 91. a. 1. dub. 5. n. 10. eam appellet falsissimam.

Quidquid sit de istis censuris, nullatenus ausim huic sententiæ subscribere; quia non video sufficiens fundamentum. Nam quod

ita reddatur Confessio hominibus facilior & amabilis, & jugum Dei suave (ut supra loquitur Felix) esto, quid tum?

Nonne si dixerò, circumstantias, notabiliter tantum aggravantes intrā eandem speciem, non esse confitendas, reddo Confessionem hominibus faciliorem? Et tamen Felix non audeat illud dicere, sed eodem loco nu. 6. asserit, illas esse necessariò explicandas, ne alioquin cogatur consequenter dicere, eum, qui per plures annos habuit voluntatem occidendi inimicum, si illum non retractaverit, quamvis milies iterasset, satisfacere confitendo, se habuisse voluntatem occidendi, quod videtur (inquit Felix) inconveniens.

Et sanè quæ major facilitas confitendi durationem turpis affectus, quam certum numerum interruptionum, quando de illo consistit?

Ad rationem Felicis dico: in exemplo adducto de iter agente, ut inimicum occidat, efficacitas prioris voluntatis permanet in aliquo libero effectu, utputa libero itinere; & ideo etiam si repetat actus voluntatis sepius in itinere, reputatur unum peccatum secundum estimationem moralem. Ergo eodem modo debet judicari, etiam si ad alia negotia per multum temporis divertatur, dummodo interrogatus dicat, se in eadem voluntate permanere; negatur Consequentia, de qua latius Conclusione sequenti.

Similiter respondeo ad instantiam de Matrimonio. Nam consensus alterius partis moraliter manet in suo effectu, v. g. cohabitatione aut simili; ac proinde non tantum habitualiter manet, sed etiam virtualiter, si ita placeat loqui: at verò in nostro casu prior voluntas merè interna totaliter & omnino desit esse, ita ut neque in se, neque in aliquo suo effectu amplius existat; adeoque non censetur moraliter perseverare seu permanere, quasi homo continuè peccet, eam non retractando, quod tamen foret necessarium; sed solum potest dici manere habitualiter, quod nullatenus sufficit, nisi (sicut antè dixi) ex voluntate hujus anni, & ex voluntate elicitā post decem aut viginti annos, admiseris consilium unum peccatum, quod puto non facile admittendum.

Nec obstat; quod interrogatus responderet, se in eadem voluntate permanere; hæc enim tantum est dispositio quædam habitualis, quæ nisi exeat in actum, non est peccatum actualiter; & quamvis ab ea homo dicatur peccator seu permanere in statu peccati; non tamen dicitur actualiter peccans, ne quidem moraliter. Atque ut talis dispositio habitualis non esset, eadem diceretur permanere in statu peccati: ergo illa dispositio videtur impertinens, ad conjugendum peccatum hujus diei, cum peccato diei sequentis, & ad constituendum ex illis unum, vel plura peccata.

Vel si est non ponendum unum dispositionem plura peccata tractatione, p. disp. 9. num. ex aliqua mutua temporis, ut aut familiaritatis facta intercesserit; ita ut si non solear aliter. Vel è contra, animam ad a cumstantiis, non manere alio novo: u presè & dire censi potest verò nihil tale interveniat; nisi virtutis re-

25. Eo (inquirit) versarios, con severantia in p Proinde veluti tualis perseverantia nisi adit aliq pari ratione nisi retractatio, aliquis effectu nis.

Cæteroqui stram, & com talis virtualis cit libera cess naturalis, cum alio, ut in est rorum censuratis de morali ternorum.

Quantum a cata, quæ pro paucis Respon-

24. Actiones e multipli fessioner actus in efficacit libero es

26. Quando a. S Uppono, qu interno celf formalen aut

Vel si est necessaria talis dispositio, ad componendum unum peccatum; dico, contrariam dispositionem esse sufficientem, ad faciendum plura peccata, absque explicita & formali retractatione, præsertim (ut notat Dicastillo disp. 9. num. 95.) si illa dispositio proveniat ex aliqua mutatione, quæ contigerit decursu temporis, ut si interim aliquæ communicatio aut familiaritas, aut beneficia ultro citroque facta intercesserint cum eo, quem prius odisset; ita ut spectato communi hominum more, non soleat aliquid simile esse inter inimicos. Vel è contra, si amarus, qui amabat feminam, animum ad aliam adjecerit cum talibus circumstantiis, ut merito censeatur moraliter non manere antiquum amorem, succedente alio novo: tunc enim licet non fuerit expressè & directè retractata prior voluntas, censeari potest virtute & indirectè rejecta. Si verò nihil tale repugnans præcedenti voluntati interveniat; non video, quo modo possit censeari virtualis retractatio. Hæc ille.

25. Eo (inquis) modo, quo, secundum Adversarios, contraria dispositio est virtualis perseverantia in priori voluntate. Rectè judicasti. Proinde veluti contraria dispositio non est virtualis perseverantia, sed habitualis tantum, nisi adsit aliquis effectus prioris voluntatis; pari ratione neque hæc dispositio erit virtualis retractatio, sed solum habitualis, nisi adsit aliquis effectus aut signum illius dispositionis.

Cæteroqui, secundum Conclusionem nostram, & communiorum sententiam, neque talis virtualis retractatio requiritur, sed sufficit libera cessatio à priori voluntate; immo naturalis, cum tanta distantia unius actus ab alio, ut in æstimatione morali prudentum virorum censeantur plures actus. Atque hæc satis de morali disjunctione actuum merè interiorum.

Quantum ad actus exteriores, sive ad peccata, quæ prodeunt in actum exteriorum, paucis Respondeo:

CONCLUSIO II.

26. Actiones externæ non censentur multiplicari, in ordine ad Confessionem, per repetitionem actus interni, quamdiu prioris efficacitas permanet in aliquo libero effectu.

Suppono, quando actus externus simul cum interno cessat, maxime per revocationem formalem aut virtualem, & alius postea simi-

lis repetitur, esse plura numero peccata, in Confessione ut talia declaranda; v. g. hæc horâ concupisco feminam & obtineo copulam; sequenti hora rursus concupisco eandem feminam & obtineo copulam, indubiè duo peccata committo, in Confessione ut talia explicanda. Item nunc concupisco feminam, & invito eam ad copulam, statim poenitet, & abstineo ab invitatione: rursus incipio concupiscere & invitare; estò secundâ vice copula subsequatur, teneor illas concupiscentias & invitationes explicare, tanquam distincta numero peccata. Ratio est; quia in his casibus nihil manet, in quo illi actus externi vel interni continerentur seu uniantur; estò etiam immediate una copula alteri succederet, manens eadem interna concupiscentia; quia nulla est inter illas copulas subordinatio, ob quam possint dici complere unam actionem, cum una ad aliam non ordinetur, neque sit pars ejus; sicut plures nativitates hominum, sibi mutuo immediate succedentium.

27. Nec juvat unitas internæ concupiscentiæ, ubi actus externi sunt plures, & per le peccaminosi. Quid si enim quispiam occidat, furetur, pejeret ex eadem interna concupiscentia alicujus feminæ? Nonne tres illi actus, specie distincti, constituent unum aliquod peccatum specie vel numero & satisfaciet homicida, fur, perjurus, dicendo in Confessione: *Concupivi feminam, & adhibui mediâ*? Clarum est quod non. Ergo similiter qui ex eadem concupiscentia trinam habuit copulam cum eadem femina, non satisfaciet, dicendo: *Fui fornicatus*; vel etiam satisfaciet sic confitendo, etsi habuisset copulam cum tribus diversis feminis: nam quod fornicationes illæ tres sint cum una, vel cum tribus, est per accidens ad Confessionem Sacramentalem.

Sanè non video, cur sola unitas interioris voluntatis magis sufficiat, ad constituendum unum numero peccatum, ex pluribus peccatis externis tam physicè, quàm moraliter numero distinctis, quàm ad constituendum unum specie peccatum, ex pluribus peccatis externis tam physicè, quàm moraliter specie distinctis. Ergo veluti in Confessione oportet declarare peccata externa, specie distincta, non obstante unitate voluntatis interioris; pariformiter etiam peccata externa, numero distincta: nam eadem lege præcipitur declaratio peccati in specie & sigillatim, seu Confessio omnium & singulorum peccatorum, de quo statim plura.

28. Solum præmitto, quæ trium fornicationum, eandem esse rationem trium homicidiorum, sibi mutuo immediate succedentium, idque tam in eodem congressu seu conflictu, quàm in diverso. Quæ enim ratio disparitatis? Si enim una pugna seu unus conflictus, ex

cum interna cessat, & alius postea similis repetitur, sunt plura numero peccata.

27. Non juvat unitas internæ concupiscentiæ, ubi actus externi sunt plures, & per le peccaminosi.

28. Tres fornicationes successive, uti etiam tria homicidia, debent explicari in Confessione.

M m m m m tribus